Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



stituit uobis testamentum eternum. sed
dauid fidelia. Nequis putaret au-
ditum carnis esse non mentis adque co
hortat audituros sermo diuinum non
carnis illis bona se aiens pollicet. Si
enim audieritis me. bona terre come
deris. siue bonum qui dicit. Ego sum
pastor bonus. et delectabitur in bonis in
crassitudine anima uestra. Ergo bona
quae aiens remissa sint. non diuitiae et sa-
nitas corporis. uel seli dignitatem. quae
etiam philosophi appellant indifferen
tias. i. nec bona nec mala. putent
tum qualitate uariantur. sed illa cre
denda sint. adque nos cohortat dns.
Declina a malo. et fac bonum. Sin
autem bona aiens. honestas iustitiesque
dnm. ergo et mala non paupertas et in
firmitas corporis et ignobilitas ac
cipienda. sed omnia uitia quae uere
mala sint. Denique abraham non idcirco bona
habuit. quia diues fuit. sed quia
diuitiis bene abusus est. et lazarus
quippe in sinu eius requiescit. non id
circo mala sustinuit qua cum egesta
te passus est tormenta morborum. sed mal
quae putabant insciti. uera bona es
consecutus. Nam et diues ille purpurat
recepit bona sua in uita sua. quae illi
erant bona. quia arbitrabat bona. et
de lazaro non econtrario dicit recepit
mala sua in uita sua. sed recepit ma-
la in uita sua. quae mala non illi qui
patiebat. sed alius uidebant. Utrique re
ex emplum. nobis tribuit beatum iob. qui
nec in bonis nec in malis seli uicem
est. sed omnia pari mentis firmitate:

sustinuit. Quam obrem salemon precat
dnm. Diuitias ac paupertatem ne de-
deris mihi. constitue autem mihi quae sunt
necessaria sufficientia ne saturatus
mendax efficiar. et dicam quis me
uidet. aut egens furetur. et uitem
nomen dni. Si autem hoc deprecat. ut
nec diuitias habeat nec paupertatem.
sed victus necessaria dequibus et apls
dicit. habentes uictum et uestitum
his contenti simus. spiritum est. diui-
tias et egestatem sanitatem et lan
guorem uoluptates atque cruciatus.
nec bona esse nec mala. sed pro sufti
nentium diuersitate bona et ma
la fieri. Ergo non uitia chiliasta
opum habundantiam et delicatos
cibos. et crassitudinem corporis auesque
fastides. et fartos turtures. mulsum
merum. uxorum pulchritudinem.
ex anima liberorum dns aiens polli-
cet. sed illas delicias adquas nos
mystice puocat dies. Delectare
siue fruere deliciis in dno. et da-
bit tibi petitiones cordis tui. Et ali
bi. Credo uidere bona dni in
uuentium. Et in alio psalmo. Be-
nedic anima mea dnm. et omnia
interiora mea nomen sanctum eius qui
implet in bonis desiderium tuum.
Denique infert. audite me. et ui
uet anima uestra. Omnium bonorum
promissio. uita est sempiterna. Qd si uo
luerit audire. et anima uestra uiuet
in eternum. feria uobiscum pactum sem
piternum. missas dat fidelis. deqbus ide
psalmista cantabat. Miseras domini in